Fragmentarium

Post repositio. canit conventus voce mediocri communionem Hoc corpus. Abbas autem post calicem cum vino aqua mixto ut est solitum separato. et explicato corporali in quo corpus dominicum continetur. accepto thuribulo turificet incenset. ac lotis prius digitis. hostias pro communicaturis separatis positis. maiorem hostiam in loco solito ponat. locata super corporali patena et cooperto calice nulla benedictione super illum premissa. expansis manibus mediocri voce nota simplici canit Oremus Preceptis salutaribus et responso Sed libera nos prosequitur abbas iuxta morem canonis usque dum post divisionem hostie levato calice cum parte hostie dixerit Per omnia secula seculorum et responso Amen omisso pax domini et agnus dei mittat partem in calicem nichil dicens. Et illo tunc ex more cooperto dicat inclinis orationem solitam Domine ihesu christe fili dei vivi. nichil hesitans in verbis his corpus et sanguinem. quia cuncta . . . corpus domini cum non sine sanguine est in specie panis. iuxta illud Caro cibus sanguis potus manet tamen christus totus sub utraque specie. Et sic tandem abbate simul et fratribus communicatis vespere subsequantur.

Agios otheos. Sanctus deus. hic discoo-pertur crux.

Flectant genua.

Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit. Venite adoremus.

Ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini.

Ecce lignum. Flectant genua.

Crucem tuam adoramus domine. et sanctam resurrectionem tuam laudamus et glorificamus. ecce enim propter crucem venit gaudium in universo mundo. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Crucem tuam.

Dum fabricator mundi mortis supplicium pateretur in cruce. clamans voce magna tradidit spiritum. et ecce ve-

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 46r – Missale monasticum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-acf0/2963/33324)